



Sammelband

6A  
173



Q. D. B. V.

**T H E S E S**  
**M I S C E L L A S**  
 e P H I L O S O P H I A,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
 SERENISSIMO IVVENTVTIS PRINCIPE,  
**FRIDERICO VILELMO,**  
 ELECTORATVS ET PROVINCIA RV M BRAN-  
 DENBVRG. HEREDE ET RELIQVA,

PRAESIDE  
**IO. PETR. LVDOVICO,**  
 PROF. PVBL. h. t. ORDIN. PHILOS.  
 DECANO,  
 PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS  
 CAPESSENDIS,  
 DISPVTABIT  
**IOH. ANTON. ACHTERMANN,**  
 BRVNSVICENSIS  
 SS. THEOL. CVLTOR.

---

AD DIEM XXIII. DECEMBR. CID ID XCIX.

---

HALAE HERMVNDVROR.  
 LITERIS CHR. HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

G. D. S. V.

T H E S E S  
M I S S I O N A R I A  
P H I L O S O P H I A

RECTORI MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO IVVENTVITIS PRINCIPIS  
FRIDERICO WILHELMO  
ELECTORATVS ET PROVINCIARVM BRAN-  
DENVRC. HERED. ET REX.

PAESIDE

IO. PETR. LUDOVICO,  
PROF. PBL. M. ORDIN. PHLOS.

DECANO,

PRO SVMMIS IN PHLOSOPHIA HONORIBVS

*Handwritten signature*

IOH. ANTON. ACHTERMANN,

BRANSVIGENSIS

ET THEOLOGICVS

AD DIEM XIII. DECEMBER. CIS. IS. XCIX.

HALAE HERMANNIVORVM  
LITERIS CHR. HENCKELII, ACAD. TYPOG.





THESIS. I.



**N**imia, vt iudicamus, audacia H. Grotius *parabolas* Christi, *fabularum* nomine appellat: vt puri sermonis haberetur studiosus. Non e contrario minus, nostro iudicio, aniliter superstitiosi sunt, qui dubia conscientia se scribere conqueruntur, *Dies Martis, Jouis* & sic deinceps. Quod Ethnica haec nomina esse uideantur. Verba enim vt nummi ualent; quo argumento vtrosque conuellimus. Uti enim poenis coercenda esset istius temeritas, qui obtrudere creditori hodie uellet, nummos Augusti, Neronis, aliosque, quorum nos usu desuefacti sumus: ita risu dignus foret, qui nummos quotidiani usus, lapide lydio probare, ponderare & utrum pretium ualori respondeat, uellet experiri. Quisquiliae laborum sunt, & cui ingenium est, is in magis necessariis & rebus utilioribus id exerceat.

II.

Omniū uocabulorum dari ratio non potest. Potest tamen in titulo, quo Imperator Electores Ecclesiasticos salutat *M&F&E*. Id enim eo fieri, quia defensor ac tutor Ecclesiae, caput Christianitatis habetur, nunc defendemus.

A 2

III.

III.

Grotius *circulos Imperii nostri pagos* dicit. Sed errat. Appellatio latina, est; significatio barbara.

IV.

Frustra disputatur, quo tempore institutus sit Imperii nostri septemuiratus. Nunquam enim eum institutum esse, perspectum est historicis.

V.

Nullus historicus omni exceptione maior est. A mendacio sibi cauere potest, non a falsiloquio. Archiua utrisque naevis in primis scatent, & fidentius imponunt posteritati.

VI.

Nulla historia difficilius scribitur, quam ex Archiuis. Ille hoc intelliget, cui perspectum est, qua fide scribantur commentaria (relationes) Legatorum.

VII.

Non e re est, edere historiam suae aetatis. Sapienter Bodinus, historiam non nisi post centum annos in lucem proferendam.

VIII.

Plura Arcana literis magnorū saepe uirorum insunt, quam maximorum Principum Archiuis. Scribit aliquo loco LANGUETUS meus; *ex relatione medicorum ei constare, Henricum Angl. Regem, nato filio Eduardo, pharmacis utiassse membra filiarum, apta conceptioni.* En causam coelibatus R. Elisabethae! Frustra hoc quaesueris in Archiuo Anglicano.

IX.

Hispaniae regnum successuum est, non hereditarium. Quid ergo Regum testamenta? Nihil. quando non a voluntate vltimi possidentis pendet successio. Hoc

Hoc certe ve e turpissimo Henr. IV. facto clare constat. Praetereunt hunc casum *Rodericus SANCTIUS, & Alfonso, a CARTHAGENA*, quod mirum non est in scriptoribus coaevus. Unus BAPTISTA FULGOSUS eum notat (*lib. III. c. 3.*) Qui auctor, cetera nullius fere pretii, in aestimabilis vel ob duodecim has lineas est, ubi factum recitat. A quo tantum non omne nunc pendet successionis momentum.

X.

Regnum Neapolitanum successuum foemininum est. Non ergo idoneas rationes inuenio, Ducibus Tremolliis respondere, successionem prae agnatis Hispanis postulantibus. Quare vero causam hanc Gallici Legati in Westphalica, Neomagensi, Rifuicensi pacibus commendauerint, non intelligo. Certe labitur praetensio Galliae R. in idem regnum, si haec steterit Tremollii. Hi vero Gallis ius suum frustra concesserint; cum agnati Hispani sint superstites.

XI.

Nullum principium Theologiae maiora damna, quam illud dedit: nihil esse verum, quam quod clare & distincte concipi possit. Axioma ego pro falsissimo habeo. Partim quod plures ad eandem rem perveniendi viae sint: partim quod in pluribus noster coecutiat intellectus.

XII.

Non Logica, non Metaphysica causa haeresium fuere; paucissimi enim haeretici inter Scholasticos, qui utrique huic studio nimium quantum dediti fuerunt. Sed Phisici maxime & Ethici heterodoxos foetus excluderunt. Unde ab his sibi cauendum scripserunt Patres, quoties fere Philosophorum fecere mentionem.

### XIII.

Qui Logicam & Metaphysicam imperitae iuuentuti dissuadent, idem agunt, ac qui claudo grallas subtrahunt, aut ei, qui in latrones incidit, furripiunt arma. Caue te vobis, ab his magistris o iuvenes. Quos aut ignavia agit, aut ambitio, aut inuidia. Philosophia enim istam detegit, illam deiicit, hanc despicit & denudat.

### XIV.

Nullum Gall. Reg. in principatum Araufionensem ius est. Patet hoc ex institutione, titulis, dignitate, iuribus istorum principum: ipso etiam situ principatus & institutione Academiae, cuius priuilegia Caesarea sunt. Conuincemus erroris CASSANUM, & du PUYUM, scriptores Gallos, testibus ipsis Gallis; in opusculo quod nobis sub manibus est.

### XV.

An id, quod Deus dixit, uerum sit, non quaerit sana Philosophia; sed credit: utrum uero Deus dixerit, hoc ea non credit, sed scit. Scientia autem est Philosophi. Ad hanc mentem acute Origenes; Theologia sine Philosophia sapientia unius diei est, uno uerbo absoluitur, crede.

### XVI.

Disputationes in protestantium Academiis in libros excrescunt. Excidunt hoc ipso fine suo multifariam. Melius olim nostri, hodie Jesuitae; qui Theses, non uolumina exhibent ad duarum horarum certamen.

### XVII.

Quo anno seculum finitum, an nonagesimo nono, an centesimo: communis nunc, sed frustranea quaestio est.



est. Annus enim natiuitatis Christi & magis terminus anni scriptoribus adhuc dubius est; qui contra Dionysium Exiguum omnes disputant. Ast uero, si, quod antea omnino faciendum, de utroque constaret, facile ad respondendum foret. Non enim scribimus post annum nati Christi; sed anno post natum Christum, aut, quod idem est, anno nati Christi: ut adeo in fine Seculi XVII. nos versari anno proxime futuro millesimo septingesimo inde constet, non in XVIII. initio.

### XVIII.

Impudenter Galli in pace Rifuicensi dixerunt: ordinis praerogatiuam non dignitatis Imperatori debere Regem Christianissimum. Praeter *gressum* (le pas) ergo nihil ei ab hoc concedendum. Nos plures rationes habemus, quae Reges, quotquot florent, utriusque praerogatiuae obnoxios reddunt Imperatori.

### XIX.

Olim Plenipotentarii munus non species legationis fuit: sed genus. Plenipotentarius enim erat uel cum caractere repraesentatio, ut Ambassiador: uel sine eo, ut Enuoyé. In nouissima uero pacificatione species est facta, qua Principes Imperii, ius Ambassiadores mittendi praestolantes, sibi consuluerunt, euitatis quae in Noui-omagenfi pace habuerunt, controuersis. Bene an male? utrinque respondebimus.

### XX.

Jus Reges appellandi bene Imperatori; male Pontifici tribuunt. Neque tamen illi priuatiue competit. Agnoscit Angliae Monarcham, qua Regem Hiberniae & ipse Imperator. Sed Henricus VIII. sua non aliorum auctoritate titulum Regis assumpsit, cum antea Domini Hiberniae appellatione ille & eius praedecessores tantum  
ute-

uterentur. Ego crediderim duo ad Regis nomen re-  
quiriri ; amplitudinem regionis & potentiae. Illud ad  
sumptus ; hoc , at honores regio. Deest alterum  
Principi Arausionensi : alterum Veneto Duci. Ergo  
uterque ab hoc titulo abstinet. Cui neutrum deest , ab  
eius uoluntate pendet , vt regia dignitate omni mo-  
mento utatur. Modo publico diplomate rem declaret.  
Quod fecere Portugalli ; Duce, qui ipsis imperauit, in Re-  
gem creato in campis.

XXI.

De praecedentia Regum frustra disputatur. Non  
nalent antiquitatis, potentiae, titulorum , meritorum ,  
potestatis argumenta. Defendemus igitur Suaeciae  
Reginae sententiam , omnibus Regibus eundem hono-  
rem & locum deberi : quia eadem omnibus  
dignitas.



2/c 6659

ULB Halle 3  
003 307 565



SLB

6009





15

Q. D. B.

**T H E S**  
**M I S C E L**  
**e P H I L O S O P**

RECTORE MAGNIFICO  
SERENISSIMO IVVENTV  
**FRIDERICO VI**  
ELECTORATVS ET PROV  
DENBURG. HEREDE

PRAESID  
**IO. PETR. LVD**  
PROF. PVBL. h. t. ORI  
DECANO  
PRO SVMMIS IN PHILOSO  
CAPESSENDI  
DISPVTABIT

**IOH. ANTON. ACH**  
BRVNSVICENSI  
SS. THEOL. CVLT

AD DIEM XXIII. DECEMBR.

HALAE HERMVN  
LITERIS CHR. HENCKELII, AC

